ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS

2. Hälfte 12. Jh. Seite 17v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Non ascendistis ex aduerso. neq; opposuistis murũ pro
domo isrl. ut staretis in prelio in die dñi. Ex aduerso
quippe ascendere ẽ. pro defensione gregis uoce libe
ra huius mundi potestatib⁹ contraire. Et in die dñi
in prelio stare ẽ. prauis detestantib⁹ ex iusticie amore
resistere. Pastori enĩ recta timuisse dicere. quid est
aliud quam tacendo terga prebuisse. Qui nimirum
si pro grege se obicit. murũ pro domo isrl hostibus
opponit. Hinc rursũ delinquenti ppto dicit. Pro
phete tui uiderunt tibi falsa & stulta. nec aperiebant
iniquitatẽ tuã. ut te ad penitentiã prouocarent.
Prophete quippe in sacro eloquio nonnumquã docto
res uocant. Qui dum fugitiua esse ꝑsentia indicant.
que sint uentura manifestant. Quos diuinus sermo
falsa uidere redarguit. qui dum corripere culpas
metuunt. in cassum delinquentib⁹ promissa securita
te blandiunt. qui iniquitatẽ peccantiũ nequaquã
aperiunt. quia abincrepationis uoce conticescunt.
Clauis quippe apertionis ẽ sermo correptionis. quia
increpando culpam detegit. quã sepe nescit ipse
&iam qui peccauit. Hinc paulus ait; ut potens
sit exortari in doctrina sana. & eos qui contradi
cunt arguere. Hinc ꝑ malachiam dicit. Labia
sacerdotis custodient scientiã. & legem requirent

in lamentacio neb. Hieremie

ad timoteum